



Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXXVI. Christi gratia monaco conciliatur, qui in peccatum
prolapsus fuerat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](#)

tur, ei à Christo is animus datus est, ut mirum in modum admissorū scelerū dolore angeretur: quo tempore quinque illa Euangelici publicani uerba maxima animi propensione enunciauit: Deus propitius esto mihi peccatori. Cum Deo igitur in gratiā rediit; & ab aeterna morte ereptus est, re, & opera Virgine adiuuante.

MIRAC. VIRG. XXXVI.

Christi gratia monaco conciliatur, qui in peccatum prolapsus fuerat.

Plus uir, & integer Cistelli ordini se dicauerat, ubi diu pure, & castè uitam degit. Tandem Satanae astu, & fallaciis in peccatum prolapsus est. Illum peccasse, rumor erat; & malè apud multos audiebat. Is interim ad se rediens, dolore maximo diuulsus, ad Virginem miserorū perfugium, confugit; & flens eam obtestari, & implorare non destitit, ut sui miseresceret. Iam diu in luctu, & aerumnis uersatus erat, plurimumq. doloris ob illud crimen hauserat, cùm deinde ualde precationi intentus, uidere uisus est ipsam aeterni regis filiā, cuius in sinu lactens puer erat, prae hominum filiis pulcherrimus. Obscurabatur puer à matre, ut eius delicti expiandi facultas daretur; uti monacus eam posset inire gratiam: qui etiam itidem uehementius illum orare nō desistebat. At, licet sanctus puer os, & uultum auerteret, quasi renuens; impetravit tamen precib. suis mater, ut semel in miserū oculos desigeret. Itaq. coenobitae omnium criminum nota solo infantis obtutu deleta est.

T 2 MI-